



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

**Claudii Fleurii Abbatis Historia Ecclesiastica**

Ab anno Christi 1581 usque ad annum 1589

**Fleury, Claude**

**August. Vind. [u.a.], 1772**

**VD18 90118650**

§. 82. Titulus II. De Fide.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-67246](#)

sarcientur. Siquæ Ecclesiæ hactenus usæ Sæcul. XVI.  
sunt veteri officio Romano, nuper refor- A.C. 1584  
matum ex Concilii Tridentini decreto re-  
cipere cogantur.

Canon X. Quoniam plerumque de-  
cipimur specie recti, & solet inimicus ho-  
mo bono semini superseminare Zizania, sparsi-  
que sunt in vulgus varii codices precum, præ-  
sertim vulgari lingua conscripti: omnes ejus-  
modi codices hæc Synodus rejicit, nisi  
quos Episcopus probaverit.

Canon XI. Traditiones Ecclesiasticæ  
ita observentur, ut a Majoribus sunt ac-  
ceptæ, nec aliorum contrario more sub-  
vertantur, veteresque Ecclesiarum, ac diœ-  
ceseon ceremonie, & ritus, nonnisi cum  
consilio Episcopi, & causa cognita rej-  
ciantur, aut immutentur.

### §. LXXXII.

#### *Titulus II. de Fide.*

Alter titulus agit de fide, a qua vera Labb.  
adoratio nascitur, & quasi fovetur, pag. 1071.  
quam in rem ex capite nono sancti Ioan-  
nis cæci nati miraculum adducitur:  
hic autem titulus septem complectitur  
Canones, in quorum primo Synodus  
præcipit, ut omnes promovendi ad ordi-  
nes, & beneficia Ecclesiastica, seu etiam  
officia, profiteantur omnes, & singulos  
articulos fidei, in Bulla Pii IV. conten-  
tos: quod qui præstare noluerint, arcean-  
tur:

Sæcul. XVI  
A.C. 1584

*tur, & promoti, qui a fide recesserint,  
deponantur.*

Canon II. *Tarent item, se neque in  
confidentiam, neque per simoniam bene-  
ficia sua adeptos: quod si aliter consti-  
rit, fiduciarii omni Clericatus honore, &  
privilegio, neenon beneficii jure, ac titulo  
priventur: qui vero horum, aut alterius  
pro vehementer suspectis publice habiti fue-  
rint, a ceteris Ecclesiasticis vitentur, do-  
nec se legitime, & canonice purgaverint.*

Canon III. *Prositeantur etiam fidem  
Catholicam Universitatum, ac Scholarum  
Rectores, & Doctores, gradumque hono-  
ris in iis adepturi.*

Canon IV. *Idem præsent fraterni-  
tatum, hospitalium, ac Communitatum  
ecclesiasticarum administratores, Præfecti,  
Sodales, & Magistri, quoniam sine fide  
impossibile est placere Deo.*

Canon V. *Hæretici, qui ad Eccle-  
siam Catholicam redeunt, publice, vel pri-  
vatim, prout Episcopo videbitur, coram  
eo, vel ejus Vicario in Spiritualibus ge-  
nerali, præsentibus Notario, & testibus,  
errores, & hæreses abjurent, ac fidem  
Catholicam profiteantur, Scripturæque pro-  
pria manu subscribant, & eam subsignent:  
neque enim eos recipi decet, qui hæresim  
abjurant, nisi fidei Catholicæ dogmata  
illi contraria exprimant, & profiteantur,  
ne lupi inter oves grassetur.*

Canon

Canon VI. *Rectores parœcialium Eccl. Sæcul. XVI.*  
clesiarum ecclesiastica Sacra- A.C.1584.  
menta non ad ministrant hæreticis etiam pœnitentibus,  
præterquam in mortis articulo: nisi con-  
stet illos hæreses abjurasse, ut supra pro-  
xime, & fidei Catholicæ professionem fe-  
cisse, & absolutionis beneficium consecutos.

Canon VII. *Omnis Christianus pri-*  
*ma fidei rudimenta, Orationem Domini-*  
*cam, Salutationem Angelicam, Symbo-*  
*lum Apostolorum, & decalogum studiose*  
*perdiscat, ut Christo, & Ecclesiæ con-*  
*stanter adhæreat, & exitiosum virus hæ-*  
*reos a sana doctrina discernat, & in*  
*eum usum ab Episcopis componantur Ca-*  
*techismi, qui singulis diebus Dominicis*  
*populo, & præsertim pueris a Parochio*  
*in Ecclesia explicabuntur.*

§. LXXXIII.

**Titulus III. De Verbi Divini præ-**  
**dicatione.**

Verbum Dei cum veritas sit, ac ve- *Labb.*  
ritatis unicus fons existat Deus, *pag. 1073.*  
Synodus in titulo tertio agit de prædi-  
catione, & expositione Verbi Divini,  
quod argumentum novem canonibus  
absolvitur, in quorum primo Synodus  
ita differit: *Sciant omnes Episcopi, præ-*  
*dicandi verbi Dei munus ad ipsos præ-*  
*sertim pertinere, ut qui a Christo missi*  
*in locum Apostolorum successerint, sed*  
*quia*